

fanat, lignumque etiam fissum & confractum si iniicias; coalefcit. *Antigonius in Mir. nat.*

A Thespianus fons conceptus mulieribus reperientur. Item in Arcadia flumen Elatum. Custodit autem partum Linus fons in eadem Arcadia, abortusque fieri non patitur. *Plinius l.3 cap.1. Theophrastus in lib. de plantis dicit, aquam esse filiorum feracem, velut in Thebae, &c in Pyrrha sterilem, ex dulcibus aquis quasdam esse steriles, vel certe parum fecundas, sicut quae in Phœbe & Tharrha. Athen. l.2 cap.2.*

Tungri ciuitas Gallia, fontem habet insignem plurimis bullis stillantem, ferruginei laporis, quod ipsum non nisi in fine portus intelligitur: purgat hic corpora, tertianas febres discutit caloremque virtutem. *Plinius l.3 cap.1.*

Supra Burgensem ciuitatem in Hispania, ad passuum millia circiter viginti, versus Orientem, pagus est nomine Boëtius, sub altissima rupe positus, ex qua fonticulus effluens in planiciem apud pagum prænominatione descendit, & duos in lacus ingreditur, quibus tantum vim salubritatis & virtutis infundit, ut omnes fluxum sanguinis patientes, cum hac aqua lauantur, statim liberentur. *Marinaus l.1 rerum Hisp.*

In Bætica prouincia iuxta oppidum Antiquerium fons est antiquarius, potu suo calculos dissoluens, ideoque à petra, quam extrahit per vrinam: cognominatus est. *Ibid.*

Referunt in Bonica insula, quae ab Hispaniola orbis novi MCC. passuum millibus distat, fontem in vertice montis esse qui senes restitut, non tamen canos mutet, nec tollat iam contractas rugas. Cuius rei præter perseverantem famam, locuples testis Petrus Martyr Angelus Mediolanensis, à secretis Regis olim Hispaniarum, in suis decadibus orbis nuper inuenti, *Cardanus de Subtilitate, lib. de Elementis.*

Varij Vfus.

Apud Hieropolim Syriæ Aqua quædam adeò tingendis lanis idonea est, vt ex radicibus rinceta cum his decercent, quæ ex vermiculo purpuraque tinguntur. Et adeò exuberat aquarum vis, vt regno balneis sponte nascientibus plena inueniantur. *Strabo l.13.*

Referr secundo libro Plinius, fontem esse quandam in Dodona, qui cum sit frigidissimus, facies si quis ardentes immergat extinguit; si extinctæ admoueantur, accedit. *Erasmus in Adagii.*

C In Islandia fons est, qui exhalatione sua omnia vicina in lapide naturæ duritatem transmutat. *Saxo l.1.*

F R V C T V S . P V T A

Oleum.

Ab Edinburgo Scotia vrbe plus minus duobus passuum millibus fons est, cui olei guttae innatant, vt si nihil inde collegeris, nihil plus confluat: quantumvis autem abstuleris, nihilominus remaneat. Natum esse autem effuso illuc oleo D. Catharinae, quod ad D. Margaritam ex Monte Sinai adferrebat. Fidem rei faciunt, fonti nomen diua Catharinae inditum, atque in eiusdem honorem sacellum iuxta, diua Margarita iussu adificatum, valet hoc oleum contra varias cutis scabritates. *H. Boethius in Scotia descriptio.*

* P I S C E S .

Fama est in Caria circa Lorum vrbe, ingentem aquatum, copiam è terra exsiliisse, afferentem secum animalium copiosam turbam, & inter ea pisces in tenebris saginatos, haec tenus ignotos, & ante hac non visos. Refertur in comm. Corimbr. Collegi in cap.4, meteor.

* F O N T I V M M O T V S , E T Q U A L I T A T E S

V A R I A .

D Fontium motus à loco vnde oriuntur, multum dependet, vt puta si loco editiore, aut minus edito: aut si per rupes angusto meatu percurrent, sic enim aut celerius exsiliunt. Quidam vero tanta vi exsiliunt, vt & faxa extrudant. Veluti Marsyas fons in Phrygia ad Celenarum oppidum.

Alij quodius pondus immensus remittunt, vt in Arabia, cuius etiam natura fuit alius in Lusitania, in agro Catinensi, propè oppidum quod Cantanhede dicitur.

Quidam iniecta absorbent. Ut unus qui exstat in eodem agro, & meminit vtriusque. *Plinius l.2. n. hisp. cap.10.*

Nomnulli quamvis aqua superabundent, nunquam efflent, ita Pyrene in radice Arraborinthi.

Alij frigidissimi, tamen more effervescentis aquæ ad ignem ebulliunt, nec tamen aquas extra labra euomunt, sed reborcent. Ut in Elbogano Acidula, quam insanam vocant & Fons in Cappadocia ad oppidum Tyana.

Alij modo intumescunt, modo resident, vt Crater Turinæ: item fons Pluuiana Italij dictus, in Comensi iuxta Lacum lacum, qui id singulis horis, aut saltet ter in die facit.

Sunt & qui matris æstum emulantur, & cum eo incrementa & decrementa accipiunt, talis est in Gadibus vonus, & Burdegala in Gallia Alter.

Alij contrario modo se habent, nam mari æstuante, illi exæstant, quales in Hispania plerique.

In Cantabria tres sunt Fontes octenis pedibus distantes & in unum alueum vasto, amne coéunt, qui singulis diebus fiscantur duodecies, aliquando vicies.

Quidam fontes sua se sponte expurgant, sic in Chersoneso, R hodiiorum fons.

Apud Garanantes fons est tam frigidus, vt in potum sumi nequeat, idque de die: noctu vero ita calidus, vt contingi nequeat. Alius in India perhibetur, in quo lucerna extinxeretur. Item aliud ferunt Iouis Ammonis appellatum, qui sub luce manantibus aquis teper, frigeteque in medietate, calet vespere, & media nocte æstuat.

Alij vt in Liguria, Paphlagonia, & Caleno agro, inebrat instar vini.

Alius Arania in Arcadiæ prouincia tantum ingerit vini tædium, vt neque gustare, nec odorari illud possit, qui aquas illius gustat. Ita de simili cecinit Ouidius vlt. *Metam.*

Clitorio defonte stim quicunque leuauerit,

Vina fugit, gaudetque meris abstemius vndis.

In Bæotia duo sunt fontes iuxta flumen Orchomenon, quorum vonus obliuionem inducit, estque Lethe: alius memoriæ reficit.

In Cea Insula est fons, hebetes reddens sensus. In Æthiopia verò, generans insaniam.

* P R O G N O S T I C A . P R A E S A G I A ,

Ex Fontibus.

Memorat Camerarius p.1. hor. suffis. cap.73. audiuisse se ex Principe quodam Germanie, esse in ditione sua Fontem aliquoquin perennem, sed quando securigo eius decrescit, certissimum portendere caritatem annonæ: si exarescat, famem, idque Fontem famis vulgo appellant.

De alio Fonte narrat P. Albinus in *Chronico Misnensis*, quod Glomuzi ab Albi vix duo passuum millia distans, dum tranquillitas & formosus frugibus annus est indigenis, aquis illius innatent glandes, triticum, & alia granorum genera: dum vero bella imminent, sanguinem aquæ referunt: si peritis, cineres iis supernatant.

Idem Camerarius supra, recenset nouisse se nobiles quodam, qui certa mortis imminentis indicia habent si fons quidam limpidissimus turbatur à verme ignoto: sit fides penes Autorem.

Fontinalia.

Erant sacra Fontium apud Romanos, vnde & Roma porta Fontinalis: Eo autem die quo sacra hæc celebrabantur, fontibus coronas iniciabant, putoisque coronabant.

* Forma.

Ita est principium rerum naturalium.

E I V S D I G N I T A S . D E F I N I T I O . N O M I N A .

Formæ substantialis, qua est tertium principium rerum naturalium, dignitatem & definitionem inuestigamus in præsentis, mox eam Formam acceptiōnem proponemus, à qua formosi dicimus: cum à priori potius formati & informati, siue informes ac conformes appellemur.

Latuit olim veteres Physiologæ interpres inesse rebus naturalibus formam, que pars est quidditatibus; tamen Pythagoras & Cimæus Locrensis eam asseruerunt, & cum illis Plato, sed omnium luculentissime Aristot. l. 1. *Phys. cap.7. text.6.1. cap.1. text.12.* cuius deinde sententiæ omnes posteriores scribunt.

Itaque vincuque rei naturali inest forma sua substantialis, qua gradum perfectionis, & verum esse accipiat, quæ omnes eliciat tum vitales, tum reliquorum numerum actiones, siue varietatem mundi huius pulcherrimum theatrum exornet, & distinguat. Definitur autem Forma actus simplex substantialis, vnum per se cum materia constitutus, siue suape natura constitutæ nata. Pythagoras Formam appellabat vnum: quia felicitate vagam & incertam materiæ rationem in vnam contraheret, certamque